

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Concl. III. Clandestinè contrahentes sinè Parocho & testibus, Trid. reddit inhabiles ad sic contrahendum, eosque graviter arbitrio Ordinarii puniri præcipit. Contrahentibus clandestinè non præmissis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](#)

Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.

850
Cemii, juxta Covar.
Primò.
Secundò.
Barbosa.
Imol.
Decius.
Tertiò.

Ecclesiæ contractum fuit, habitâ scientiâ primi, & sub conditione, si primum clandestinum verè non præcesserit, vel irritum fuerit. Hoc enim casu refertur secundus contractus ad primum, qui probari potest per legitimas probationes & ordinarias. Ita Barb. Confil. 40. col. 2. in 3. volum.

Secundò, locum non habet Vincent. assertio, quando secundum Matrimonium contractum fuit, lite pendente super primo clandestino; ex eo enim quod lite pendente fuit contractum, amittit privilegium illud, quod ei Vincent. tribuendum fore existimat. Sic notat Joan. ab Imol. in Con. fil. 125. & Decius Confil. 163. col. 4.

Tertiò, ex eodem Decio, communis opinio locum sibi non vendicat, ubi pro Matrimonio primo, clandestinè contracto, adfuit aliquot indicia, præter dictam probationem, nempe nominatio conjugalis, subarratio, copulave: ex quibus opinor, ut plurimum hanc rem arbitrio judicantis definiendam esse. Hactenus Covar.

Ex quibus ego opinor, hanc penam rarissimè habere locum, immò nunquam habet locum, ubi obligat Concil. Trident. per cuius Decretum irritans sess. 24. de Refor. Matr. c. I. Matrimonio, ut valeat, necessariò contrahendum est coram Parocho, & duobus testibus, & idèò in hac re nolo amplius immorari, sed pergo ad poenas contrahentium Matrimonium clandestinum, & testium ei assistentium; pro quibus infititutur

CONCLUSIO III.

Clandestinè contrahentes sine Parocho & testibus, Trid. reddit inhabiles ad sic contrahendum, eosque graviter arbitrio Ordinarii puniri præcipit. Contrahentibus clandestinè non præmissis denuntiationibus, digna peccnitentia injungatur,

77.
Prima pars
Conclus.
probatur ex
Trident.

Intrige i. part. Conclusionis, tametsi denuntiationes fuissent præmissæ, quippe Concilium solum requirit, ut aliter, quam praesente Parocho & duobus vel tribus testibus Matrimonium contrahere attentent; sic enim ait: *Qui aliter, quam praesente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi seu Ordinarii licentiâ, & duobus vel tribus testibus, Matrimonium contrahere attentabunt, eos S. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit.* Et infra: *Nec non ipso contrahentes graviter arbitrio Ordinarii puniri præcipit.*

Ubi non simpliciter & absolute inhabilitantur ad contrahendum Matrimonium? Sed, *Ad sic contrahendum, id est, sine Parocho & testibus.* Undè non solum validè, sed etiam licite possunt de novo contrahere coram Parocho & testibus inter se, vel cum aliis, absque ulla dispensatione aut licentia Episcopi. Ita declararunt Cardinales, hoc forma verborum: *Qui clandestinè contraherunt, possunt, si pariter diligenter, miscem se disiungere, licet consummaverint, aliquandiu cohabitaverint; sed graviter arbitrio Ordinarii sunt puniendi: sed non solum ad contrahendum cum aliis, nec per se, sed invicem contrahendum, servata formâ Concilii, nisi sponsalia per verba de futuri coniugamento contraxissent, tunc servandum suum mune.*

Quod hic dicitur de disiungendo, ligendum venit: nisi Matrimonium officium publicum, ita ut veritatem retur scandalum; tunc quicunque alium evitandum, petet et in proprio declaratio super invaliditatem, scilicet, tate ejus. Hac tamen non praesertim, quia Sanchez sup. disp. 46. n. 4. postea eos conjungens alio Matrimonio, minime incurrit triennalem suspicitionem, sed fin. de Clandest. despont. qualivis opifimus senserit Majolus lib. 3. de Irregularitate. n. 25. §. *Crimina impedita Matrimonium, n. 17. vñct. Hodie alia causa.* Quia ea imponitur Parocho afflentem Matrimonio clandestino, aliive interdicto, quale non est hoc: sed erit pena arbitrii puniendos. Hac ille.

Porrò quod hoc Matrimonium non sit interdicendum, de quo posset esse quæstio, quod affirmat Majolus, probatur ultrem, quia cum perpetua prohibito ad contrahendum sine licentia Episcopi, finitam, non est verisimile fore, ut in illum, volens eam imponere, non posset. Quod autem non est verum, incredibile, l. Mævius, 66. in proposito Legat. 2. ibi: *Voluntatis tamen voluntatem incredibile videtur, id est, si heret, a eadem portio his eidem debetur; sed prima est, de altera parte eum cogitat.* Et ratiō magis incredibilis est, quia minus rationabile, Concilium voluntie imponere potest, tuum inhabilitatem ad contrahendum inter se, vel cum aliis, cum illa sit maxima pena, graviorque omnibus aliis expedit. Cur ergo hanc tacuerit?

Addi: quod Decretum illud Tridentini sit novum, ac correctiorum suis originis, quo Matrimonium clandestinum validum erat; ergo potius est stricte, quam ample interpretandum. Propter hoc, certissimum est, clandestinè contrahentes

Parocho & testibus, tantum esse inhabiles ad sic contrahendum; id est, clandestinè; ac proinde, si velint iterum palam contrahere, nullà indigere dispensatione. Ita censuit Sacra Card. Congregatio. Qui, inquit, sine testibus ac Parocho clandestine contrahunt, licet eodem Decreto dicantur inhabiles ad sic contrahendum, non tamen manent inhabiles ad rursus contrahendum inter se, vel cum aliis, si servent Concilii formam.

^{80.} Sed dicit aliquis: in priori Declaratione dicuntur graviter puniendi arbitrio Ordinarii; ergo saltem requiritur licentia Episcopi, ut licite invicem se disjungant, & aliquid Matrimonium inceant.

^{81.} Respondeo: non sunt puniendi, quia se invicem disjungunt, ad quod tenentur, sceluso scandalo, nisi de novo contrahant, servata formâ Concilii; sed qui anteâ se conjunxerunt, contrahendo Matrimonium, & illud consummando, non servatâ formâ Concilii, ut habeat altera pars Conclusionis, que nullam patitur difficultatem, eo quod verba Tridentini, suprà recitata, aperiissima sint.

Solum notandum, graviori poenâ dignos esse, qui non solum Matrimonium contraherunt sine Parocho & testibus, sed etiam Matrimonium sic contractum consummaverunt; quia gravius deliquerunt, ut liquidè confat.

Ceterum manet adhuc unus scrupulus contra primam partem, ex aliqua Declaratione Card. sequentis tenoris: Statuere Ordinarius non debet, ut illi, qui non servatâ formâ praedictâ contraherunt, sint inhabiles ad contrahendum, quia est contra dispositionem hujus capituli; per verba enim illa Decreti: Ad sic contrahendum, non intelligitur, quod, qui extra formulam Decreti Matrimonium contraherunt, simpliciter inhabiles fiant ad rursus contrahendum: quare, qui in contrahendit Matrimonii Decreti formulam secuti non sunt, si rursus contrahere velint ex Decreti praescripto, id est, adhibitis Parocho & testibus, hoc Ordinarius illis concedere debet, nisi sanguinis conjunctione, aut propinquitate, aut aliis sacrorum Canonum exceptionibus, impediantur. Si Ordinarius illis concedere debet licentiam, ergo illi licentiam petere tenentur; ergo sine licentia saltem illicitè contrahunt.

^{82.} Respondeo (præterquam quod post Urb. 8. non confit nobis authenticè de hac Declaratione) per illa verba: Hoc Ordinarius illis concedere debet, Congregationem non voluisse significare, necessariam fore positivam licentiam Ordinarii, sed potius videatur voluisse Ordinario prohibere positivam prohibitionem talis Matrimonii, & per se loquendo præcipere assentiam, ubi &

quando foret hæc necessaria ad Matrimonium contrahendum.

Statuere (inquit Declaratio) Ordinarius non debet, ut sint inhabiles ad contrahendum: immò nec potest statuere, quia (ut sequitur) est contra dispositionem hujus cap. & per consequens Pontificis, cui soli reservata est constitutio impedimenti ditimentis pro fidelibus, ut suo loco patebit.

An autem possit illis Matrimonium prohibere in penam commissi delicti, est An Ordinarius possit talis Matr. alia quæstio, cujus resolutio pendet ex qualitate delicti, & quantitate talis penæ; prohibere in namque est poena proportionata delicto, penam delicti. Episcopum eam posse infligere, si secus si est improportionata, excedens gravitatem delicti. An autem sit proportionata, relinquitur judicium prudentis.

Scimus, in aliquibus Diœcesibus Episcopos in suis Constitutionibus Synodalibus proferre excommunicationem in eos, contrahentes qui clam absque bannis contrahunt Matrimonium; qui indubio pro tempore, quoniam excommunicati, non possunt licite contrahere Matrimonium. Sed etiam scimus, Aliquis dicere, multò consultius fore, eam excommunicationem non fulminari; quia si Pontifex & Concilia eam esse judicarent, tulissent utique.

Audite Sotum 4. disp. 28. q. 1. a. 2. §. De bannis. Sunt, inquit, nonnullæ Ecclesiæ in quibus in toto uno seculo nulla sunt banni, & tamen Antislites nequitamq[ue] dispensare volunt, ut Matrimonia absque illis contrahantur, sed sententia excommunicationis contrahentes vulnerant, à qua, nisi certa multa pecuniaria in fabricam Ecclesiæ soluta, absolvere illos vetant.

Et §. sequenti hæc scribit: Quod igitur ad jus commune revertantur, nulla est per ipsum decreta vel excommunicationis, vel aliis censuræ poena contrahentibus absque bannis & clanculo: sed peculiariter nonnulli Prelati illam censuram in suis Diœcesibus ad Canones, ut aiunt, adjiciunt. Et certe, si Summi Pontifices & Concilia tales sententias & censuras judicascent necessarias, ab ipsis essent adjectæ; & ideo consultius forsan esset, jus commune relinquere nudum, ne leges particulares in eam suspicionem veniant, quod propter subsidium potius fabricarum, quam animalium sint posita, Zelus venerandi Sacramenti Matrimonii me in hæc verba compulit. Ita Sotus.

Sed non est (inquit Sanchez sup. disp. 46. n. 9.) cur ita carpantur Episcopi, cum adjuvent penas, jure communi statutas, quoridique militia hominum crescente, penas augeri expediat.

Et continuo subiungit: Majus autem An valeat
P P P P 2 du-

Disp. II. De Contraktu & Sacramento Matrimonii.

852 dubium est de valore Constitutionis Synodalibus Salmantinæ, cuius meminit Covar. 4.
Decret. 2. part. c. 6. initio n. 9. (alias 11.)

quæ excommunicantur ipso jure clam contrahentes, caveturque hos excommunicatos ante denuntiationem vitandos esse. Cuius valorem dicit Covar. ibi dubium videbitur, eò quod sit contra legem Superioris latitudo, nempe Constit. Mart. 5. *Ad evitanda scandala, in Concilio Constant. editam, indulgentem solos excommunicatos denuntiatos, vel notorios Clericorum percussores, vitandos esse.*

86. Alii vero conantur eam defendere: quia notorium est, illos clam contraxisse, & notorius excommunicatus, nondum denuntiatus, vitari debet. Sed melius dicimus, eam Constitutionem servandam non esse,

quia est contra Constitutionem Superioris; arg. cap. 6. de Major. & obed. *Cum inferior Superiorum solvere nequit vel ligare, sed Superior inferiorum liget regulariter & absolvat &c.* Nec est verum, omnes notorios excommunicatos vitandos esse, sed solos notorios Clericorum percussores, ut habet communior sententia.

Quidquid sit de valore hujus Constitutionis, indubio opus est prudenter, ut non constituantur & infligantur poena, quæ excedat gravitatem delicti, sed quæ omnibus consideratis sunt condigna; prout loquitur cap. fin. de Cland. despont. ibi: *Sed bis qui taliter clandestine presumperint etiam in gradu concessio copulari, condigna punitio injungatur.* Ubi Gloss. verb. Penitentia, inquit: *Nota, quod puniuntur contrahentes, & tamen nullum subesse impedimentum, sed illud idem sit, quia contrahunt contra interdictum Ecclesiæ, unde puniuntur non propter impedimentum, sed quia mandatum Ecclesiæ contemnunt.*

87. Patet autem, quod hoc jus nullam certam taxet penam, sed absolute remittit, & eo modo loquendi mandat Judicibus Ecclesiasticis, ut sua arbitrio convenientem poenam infligant contrahentibus. De testibus vero intervenientibus, textus quidem non loquitur: sed, ut DD. advertunt, cum ipsi quoque delinquant, cooperando & concurrendo ad eum modum contrahendi, contra praecipuum Ecclesiæ, sunt quoque pro modo culpas suæ poenitentiæ afficiendi. Vide Sanchium sup. n. 8.

Quarta pena contra blemiam clandestinæ Sanchez. Et haec tenus quidem de penis, impositis contrahentibus clandestinè per jus Canonicum. Sed quid dicam de penis juris civilis? Quarta pena contrahentium clandestinè (inquit Sanchez sup. n. 11.) est, ut ambo conjuges tradendi sint consanguineis propinquioribus uxoris in servitatem perpetuam. Sic habetur l. fin. tit. 3. p. 4. Sed

hæc poena jam non habet locum, sive quod hæc lex in desuetudinem abit, sive eis quod mitior poena per leg. 49. Tauri, clam contrahentibus est statuta. Hæc ille

Rogas: quæ sit illa poena mitior? Respondetur: poena exhaeredationis: sic enim ait d. lex 49. *Mandamus ut ille, qui contraherit Matrimonium, quod ab Ecclesia habetur pro clandestino, ipse & illi, qui ei intercurrent, & teste talis Matrimonii, incurrit angustia scripti de nostris regni, & ut illa sit ipsa causa propter quam pater & mater possint extrahere, si voluerint, suas filias, in quo nubes sive possint accusare, nisi pater, & mater, mortuus patre.*

Ubi in primis notandum; hanc legem, dum meminisse filiarum, & non hinc, unde olim scribentes super eam, *ad illam poenam itam exhaeredationis statutam ad filios clam contrahentes, nec ratio, tum ob maiorem honestam, neque sitam in sexu feminis; tum cum majorum illius fragilitatem, minorum ergo vigorem, ad rem tam momenti, sive parentum confitio aggredirentur. Non enim d. lex solam considerat clandestinum Matrimonii; sed etiam injuriam, que parentibus infertur, quando filia contrahunt abfque parentum confitio, ut pater ex illis verbis: *In quo nulla alia possit accipi &c. quod & ipsum bene notandum est pro iis, quæ infra dicentur.**

Interim hodie d. lex habetur lib. 1. cap. tit. 1. l. 1. cum hoc addito. Et postea exhaeredare, si voluerint, suas filias & filios, qui tale Matrimonium contraherent, id quod etiam apud exteris nationis familiis aliis constitutionibus observari, ex Annib. Costano lib. 1. qq. iuri. c. 12. ad finem, dit Pechius lib. 1. de Testam. matr. uxoris c. 2. ex quo addito pater, & omnes fatentur, hodie d. legem ad filios.

Et quoniam generaliter loquimur, non considerat patrum potestatem, ut collationem; sed tantum reverentiam debent parentibus, nam solis parentibus, acutis de jure defert; putat Sanchez sup. d. 4. n. 3. eam habere locum, non solum in suis familias, sed etiam in ipsis vicinis filiis & sis; non solùm in parentum domo degitibus, sed etiam non cohabitantes.

Quippe conditio negativa est per se, porro conditio positiva in d. lege est negativa, dum prohibet filiam clam contrahere, perinde enim est, ac si dicat; ne clam contrahat sub exhaeredationis pena. Et hodie etiam hanc poenam incurrit filia, menses clam digno inconfusis parentibus; quia ipsa injuriam irrogat parentibus, vixique

B
Sac

Poenia debet esse proportionata delito.

Cap. 6. de

Major. &

obed.

C. fin. de.

Clad. desp.

clandestinitatis id Matrimonium afficitur.
Ita docet Sanchez sup. num. 4. cum Aliis,
quos citat.

Hoc tamen intelligendum est de filia, quæ
non est major 25. annis; secūs si est major

25. annis; quippe prædicta lex, ut patet ex
dictis, duas conditions petit, nempe clande-
stinitatem & parentum injuriam; quare
descendente altera, nimur parentum inju-
riam, ut deficit in hac filia majori, juxta di-
cta Sect. 5. Conclus. 3. & 4. ad quas Le-
torem remitto, non erit locus illi pœnæ.

Nec obstat Pragmatica Caroli 5. in qua
exteditur hæc pœna ad filiam majorem 25.
annis, quia, ut notat Sanchez sup. n. 5. non
est in nova Recopil. inserta, & ideo non
obligat.

Ex eodem fundamento sequitur: filium
vel filiam, clam contrahentem consentienti-
bus parentibus, non posse ob id hæreditati-
te privari, sive sint sub patria potestate sive
non; quia non irrigatur injuria parentibus.
Sed neque tali cauſa incurunt contrahen-
tes, aut testes, alias poenas d. legi 49. nam
respectu omnium illarum personarum, ac-
cusatatio soli parentibus defertur, & omnia
præcedentia sub uno contextu complecti-
tur, ergo cessante injuria, sicut revera cessa-
vit parentes consentient, jus accusandi
extinguitur, & proinde non erit locus il-
lis pœnæ.

Et quia consimiliter cessaſt injuria, quan-
do parentes pessime erga filias se haberent,
corumque Matrimonio differerent malitio-
sè, ne eas dotare cogerentur; hinc, si nu-
bant æquali, gratiæ redimenda hujus vexa-
tionis, nequam incurunt poenas d. le-
gis 49.

Sed quid, si filia ingrediatur Religionem
ante Matrimonii consummationem? Non
poterit exheredari. Tum, quia, juxta ve-
riorem opinionem, exheredationis causa
Religionis ingressus abolerunt; tum etiam,
quia (ut ait Minchaca de Succel. l. 1. §.
10. n. 646.) in nullo caſu ita aboletur ex-
heredationis cauſa ingressus Religionis, ac
in hoc quandoquidem dirimirat Matrimo-
nium, quod ignominia, paternaque inju-
ria cauſa erat.

Et maximè, quia Aliqui dicunt, pœnam
exheredationis ob Matrimonium clande-
stinum, tunc temporis contrahi, quando
Matrimonium copula consummatur; quia
lex 49. Tari, inquit: *Mandamus, quod
ille, qui contraxerit Matrimonium: nomine
autem Matrimonii in pœnalibus intelligi-
tur, quando consummatum est.* Ita San-
chez sup. n. 9.

Tantum subdo Novellam Constitutiō-
nem, quam adducit Gratianus 19. q. 3. cap.
94. Relegitudo per fin. Non liceat parentibus liberos, vel liberis

parentes ab hæreditate repellere. Monachos fa-
ctos: quamvis dum luci fuerant, in causam in-
gressa mo-
nasterii, ex
cap. fin. 19.
9. 3.

Molina:
Molina de Jūſtitia to. 1. traçt. 2. disp. 176.
n. 58.) derogatum est l. *Deo nobis*, §. 1. Cod.
de Episc. & Cler. ex qua contrarium colli-
gebatur. Panormitanus & plerique Alii,
quos Covarr. cap. *Raynuius*, in initio n. 20. Covar.
alias 28. refert, eam amplectuntur, univer-
sumque juxta eam volunt, per Professionem
causaliam exheredationis aboleri: nec
dubito, rejiſcendas procul dubio esse varia
reſtrictio[n]es, quæ hac de re a quib[us]dam
confinguntur, cùm Constitutione illa univer-
ſim loquatur; neque ſolum corpori juris
Canonici fit inserta, ſed in ſe juxta commune
Cæſareum fit; non quodcumque, ſed no-
viffimum, quod proinde anterioribus om-
nibus derogat.

Covarr. refert, eam amplectuntur, univer-
ſimque juxta eam volunt, per Professionem
causaliam exheredationis aboleri: nec
dubito, rejiſcendas procul dubio esse varia
reſtrictio[n]es, quæ hac de re a quib[us]dam
confinguntur, cùm Constitutione illa univer-
ſim loquatur; neque ſolum corpori juris
Canonici fit inserta, ſed in ſe juxta commune
Cæſareum fit; non quodcumque, ſed no-
viffimum, quod proinde anterioribus om-
nibus derogat.

Alciatus & Franciscus Valduinus, quos
Covarr. refert, negant extare talem Con-
stitutionem, confitamque à Gratiano at-
bitratur. At Covarr. ſatis docte ostendit,
desumptam fuſſe ex Novella Constitutione
123; tametli in aliquibus codicibus non
reperiatur. Cum ergo Gratianus vir fuerit
doctissimus, ſummaq[ue] auctoritatis, qui,
nisi illam in Novellis Constitutionibus repe-
rifuerit, nunquam corpori juris eam inseruit
ſed, Alciatumque illam, in quibusdam co-
dicibus, quos legit, non inveniſſe, ſuffi-
cientis argumentum non ſit, latam non fuſſe,
non video, cut illi ſtandum omnino non
ſit. Huc uſque Molina.

In libro, quo ego utor, d. Novella c. 41.
his verbis concepta legitur: *Nullam vero
licentiam damus, aut parentibus filios, aut fi-
lis parentes, ſacularem vitam ſtantes & re-
linquentes, velut ingratis a ſua excludere ha-
reditate, Monachorum aut monasticam vitam
subſentos.* Ubi autem jus non diſtinguit,
nec nos diſtinguere debemus ab que mani-
festa ratione. Unde non placet Covarru-
ſias, excipiens noſtrum caſum ab illa Con-
stitutione, dicens: Ex hac resolutione de-
ducitur intellectus ad Regiam l. 49. *Tari*,
que patri permittit exheredare filiam, Ma-
trimonium contrahentem, abſque ejus con-
ſenſu, ut habeat locum, etiamſi filia, con-
tracto Matrimonio ante copulam Religionis
fuerit professa. Hoc ipſum ſententiā
comprobatum fuſſe in Praetorio Regio, te-
ſtatur Joan. Lup. in d. l. 49. ad finem. Ita Joan. Lup.
Covar. sup. n. 29.

96.
Rejicitur
doctrina
quidam Co-
var.

Hæc inquam exceptio nobis non placet;
quia excogitata ſine manifesta ratione; nul-
lam enim adducit. Covar. ſolū dicit: Bald.
in d.l. *Deo nobis*, primam opinionem intelli-
git

git in causa & vitio, quod directe ipsum tantum filium concernit: si autem patris portionam directe causa spectet, aut laeserit, non tollitur secundum eum professione Religionis. Hæc ille.

Sed unde probatur, quod Bald. bene intellecterit illam opinionem, vel quæ ratio talis intellectus, sive illius distinctionis generalium verborum? Sicut dictum est, sine manifesta ratione non oportet generalia verbæ alius legis restringere ad certum casum. Unde & hanc distinctionem rejicit Molina lups. n. 59.

Rogas autem, quid ergo ad dictam sententiam Regiam? Ex eo capite (inquit Molina) excusare vult (Eman. à Costa) sententiam illam in Regno Castellæ latam; quoniam Castellæ Regnum exemptum sit ab Imperio, potuit non velle recipere Novellam illam juris communis. At certè, quævis Princeps id statuere potuerit ante illum eventum, cùm non constet statuisse, Senatores juxta ius illud commune, quod iuri Regio non repugnabat, ferre tenebantur sententiam. Et non solum Senatores, sed neque Príncipes ipsi, post facti contingentia potuerunt rejicere Novellam, ut iuri, quod Monasterium ex illa jam anteä comparaverat, præjudicium ullum inferrent. Sic Molina.

Cæterum, quævis haec tenus dicta, fint probabilitas, tamen non omnia omnibus placent. Et inter alia non placet Dicastilloni disp. 3. n. 189, quod filia major 25. annis, si clandestinè contrahat, non possit exheredari per dict. leg. 49. Tauri, securus Molina lups. n. 16. et quod universum de contrahentibus clandestinè loquatur, maximè (inquit Dicastillo) cùm sit lex habens conditionem negativam; conditio autem negativa non minus distributa est & universalis pro omni significato termini propositionis, quæ pro tempore significato per verbum.

Accedit; quod falsò assumit Sanchez, filiam majorem 25. annis, clandestinè nubentem (& idem de filio, ad quem jam lex extensa est) nullam injuriam irrogare parentibus; quævis enim non irroget injuriam parenti contra patriam potestate, quia jam excedit 25. annum; irrogat tamen contra reverentiam debitam parentibus, quæ per totam vitam durat; maximè, ut non habat aliquid, quod aliquæ ratione in parentum gravem, justumque dolorem, erubescientiam aut pudorem, aliamve notam possit redundare; & in communi hominum aestimatione merito id torum redundat in parentes, qui justè possunt graviter tristari & dolere, quod contrata grave præceptum Ecclesiæ, tamque gravibus poenis

commendatum, filius filiave delinq

Hæc ille.

Respondeo: parentes justè non possunt graviter tristari & dolere, quod filius vel filia clandestinè contrahat, sicut filii possunt graviter dolere, quod filia contrahat sine eorum consensu. Quia iurisdictio in Authent. Ut cum de Appell. &c. cap. §. 11. in fine) non sua culpa, sed parentum id commissione cognoscitur. Si enim anno 25. in facie Ecclesiæ cambugit, trimonio copulasset, prout debet, per annum 25. non contraxisset clandestinè corum consensu.

Sicuti ergo, quod sine consensu parentum marito se, libero ramen coquend. Autem hoc ad ingratitudinem filii vult imputari, quia non sùd culpa, derentum id commissione cognoscitur, quo dicit. lex 49. Tauri, nos noster imputari filie, vel filio ad genitum, quod clandestinè contraxerit, non sùd culpa, sed parentum id commissione cognoscitur: non quin peccet, claudit mentendo, sed quia non peccata pater.

Nonnè filie clandestinè coquenda, sed quod parentes pellimè erga ipsa libe
rantur, earumque Matrimonio nihil differant, nonnè, inquam, peccant. Qui tam
non peccant speculator in parentes, idèo nequeunt, ut etiam admittat Dicastillo ibi. n. 195. parentes eas exheredare.

Jam autem d. Autem, videtur apponere, filiam majorem 25. annis non peccare contra reverentiam debitam parentibus, tametq*ue* iis inconfutabiliter etiam indiget, dummodo liber; quia supponit, parentes fuise in mora, & idèo fuerit tale Matrimonium non esse causam sufficientem exhortationis. Ergo similiter, si nubes clandestinè. In tali casu, in quo nubes clandestinè, nonnulli irreverentiam parentum interrogari; de hoc enim casu intelligunt Sanchez, ut patet ex verbis eius relatis.

Præterea improbat Dicastillo, quod suprà ex Sanchio atritus; tamen, cum parentes consentiant Matrimonio clandestino, tam contrahentes, quævis tenuis incurrere alias poenas dictæ legis 49. Tauri, putat confisicationem bonorum & possum exilii. Improbat, inquam, illam dicti Dicastillo lups. n. 194, dicens:

Falso purat Sanchez & ali, accusationem faciendam coram judice, ut carcerem penitentiæ infligantur, & dependere ab accusacione parentis aut matris contrahentium; tum quia ex hoc lequeretur, illam legem nullum habeat locum in filiis, habentibus parentes, carceris vero tam contrahentes parentibus carceris, quam testes esse liberos a tali lege; quia sub-

B
Sacra
Contra
Actu
Tractat
B

lus est parens contrahentium, qui possit deferre & accusare.

Tum, quia falso assumit Sanchez, illam particulam: *Otro ninguno &c. id est, nullus alius &c.* ita esse restrictivam potestatis accusandi, ut omnia praecedentia in illo textu comprehenda nitur, ita ut cessante iniuria parentum, propter eorum confessum, jus acculandi extinguitur, & non sit locus illis poenis: nam si effecte inspicatur textus, solum circa filios restringitur ea facultas accusandi ad eos parentes, cùm enim dixit: *Puedan desheredar, si quisieren &c. id est, possunt exheredare si volunt parentum.* subiungit: *En lo qual otro ninguno pueda acusar, sino el padre &c. id est, in quo caso nullus alius potest acusare, nisi pater &c.*

Quæ verba non cogunt esse referenda, vel ad accusacionem faciendam ab aliis contractestes, & i intervenientes alios, de quibus ibi fit mentio: & multo minus quod aferatur potestas à judice, ut ex officio infligat tales poenas, supponit facti evidentiæ, aut iuridicæ probatione. Hæc ille, cum Azebedo lib. 5. Rec. opil. l. 1. tit. 1. n. 53.

Quæ uniuersitatem sententia, etiam mihi magis probatur; quia non appetet verosimile, d. legem solum voluisse punire filios aut filias, clandestinè contrahentes, qui habent parentes, cùm in prima sui parte, ubi imponit amissionem bonorum, & poenam exilio, nullam faciat menem parentum, sed similipli dicat: *Mandamos que el que contrareste Matrimonio, que la Iglesia tuviere por clandestino, el, o los, que en ello entreverien, y los refugios de el tal Matrimonio, incurran en perdimiento de todos sus buenes, y sean desferrados de nuestros reines.*

In quibus verbis nulla fit mentio patris aut matris, vel etiam accusationis. Quamvis manifestum sit, ut at Sanchez sup. n. 53. n. 1. illas poenas exigere sententiam declaratoria, arg. cap. *Cum secundum de Haeret.* in 6. ibi: *Bona hereticorum ... ipso jure de Fratrum nostrorum consensu decernimus confiscata. Confiscatio tamen huiusmodi executione, vel bonorum ipsorum occupatio, fieri non debet per Principes aut alios dominos temporales (juxta Gregorii Papa predecessoris nostri declarationem) antequam per Episcopum loci, vel aliam personam Ecclesiasticam, que super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimen fuerit promulgata.*

Si in hoc crimine, gravissimo utique, requiritur sententia declaratoria, multo magis in Matrimonio clandestino, quod longe minus est, eadem sententia necessaria erit, ut Principes vel alii domini temporales, licite occupent bona confiscata contrahentium & aliorum per d. leg. 49. *Tauri.*

Quod autem nemo possit accusare de hoc

crimine, præter patrem aut matrem, non video ex d. leg. latè probari; nec appetet mihi aliqua ratio, quare d. lex hoc statuisset, cùm illæ due poenæ non dependant a voluntate parentum, & Matrimonium clandestinum æquale peccatum sit, sive contra hentes habeant parentes, sive non.

Quantum ad poenam exhereditationis, cùm illa pendeat à voluntate parentum, ut patet ex illa particula: *Si quisieren, id est, si volunt, non mirum, quod d. lex solis parentibus der potestatem accusandi, id est, juxta Sanchium supr. n. 6. denegat cuilibet alii actionem objiciendi causam exheredandi.*

Putat hic Author ibidem n. 4. patrem confidit cause sufficientis exheredandi, posse, nullâ præmissâ judicis sententia, exheredare; arg. Authent. Ut cùm de appell. cogn. c. 3. circa finem ibi: *Sive igitur omnes memorias ingratitudinis causas, sive certas ex his, sive unam quamlibet parentes in testamento suo inservierint, & scripti heredes, nominatas vel nominatas causas, vel unam ex his veram esse monstraverint, testamentum suum habere firmitatem decernimus.* Ergo non requiritur sententia judicis, ut pater utatur jure suo, explicans in testamento suam exheredandi voluntatem, ejusque causam, quod est exheredare.

Interim cùm exhereditatio illa sit poena, & poena, juxta tritum axioma, non debetur ante sententiam judicis, etiam hæc exhereditatio requirit sententiam judicis. Ad quid? Ut suum omnino consequatur effectum. Quamvis enim pater exherederet, at tenetur ipse vel heredes causam probare: quod si in probatione succubuerint, carebit effectu exhereditatio: ergo ut illum omnino consequatur, est opus sententia judicis, declarantis justitiam cause, & sufficientiam probationis; non autem, ut pater incipiat exheredare ex causa legitima, probanda coram judice, hinc motu à filio contra exhereditationem.

Itaque d. lex 49. *Tauri*, non requirit, ut prius pater objiciat crimen, deferatque in judicium, ut exherederet; sed, sicut sup. dixi, denegat cuilibet alii actionem, objiciendi causam exheredandi; idque jure merito, quia exhereditationem, relinquit voluntati parentum, ut vidimus; quidquid ergo alii objiciant apud judicem, si parentes noluerint, filius vel filia heres erit.

His ita constitutis circa intelligentiam d. legis 49. *Tauri*, potissima difficultas est, an correcta sit jure Canonico. Et vero non esse correctam, patet manifestissime ex dictis Sect. 5. Conclus. 4 sequentis tenoris: *Leges civiles, quæ filios vel filias, nubentes contra justam & rationabilem voluntatem parentum, exheredari posse à parentibus volunt, iuste sunt*

104.
Pena exhereditationis
pendet ex
voluntate
parentum.
Sanchez.

105.
Requirit se-
tentiam ju-
dicis, us ple-
num conse-
guatur effe-
ctum

106.
Lex 49.
Tauri, non
est correcta
iure Canonico.

Probatur ex
Sanchez.

sunt atque servanda. Ergo etiam justa & servanda est lex, quae filios vel filias nubentes clandestinè, exhaeredari possit à parentibus volunt. Quæ enim ratio disparitatis?

Imo Sanchez sup. disp. 47. putat, hanc legem esse justam, & servandam, secùs illas. Valde (inquit n. 13.) distat inter Matrimonium, absque consensu parentum initum & clandestinum; illud enim punibile non est, sed permisum jure Canonico, hoc autem prohibetur, gravibusque penis afficitur. Quare leges exhaeredantes filiam, absque patris consensu nubentem, tanquam juri Canonico adversæ, repelluntur: punientes verò clandestinum, tanquam jus Canonicum imitantes, ipsumque coadjuvantes, admittendæ sunt. Hæc ille.

Ergo à fortiori, si illæ admittendæ sunt, quæ exhaeredant filiam, absque patris consensu nubentem, ut diffusius contra Sanchium probavimus loco sup. citato, ad quem Lectorem remitto, ne eadem cum rædio saepius repetamus, etiam illæ, quæ puniunt filiam, clandestinè nubentem contra voluntatem parentum.

Illud autem (inquit Dicastillo sup. n. 195.) pro hac & aliis poenis impositis Matrimonio clandestino, advertendum est, quod jam vix locum habet in Castella. Nam cum post Tridentinum ibi receptum, nullum sit tale Matrimonium, quod nullum est, nullum producit effectum, & non entis nullæ sunt qualitates. Hæc ille.

Rectè quidem, si Matrimonium, quod contrahitur coram Parocho & testibus, omisso denuntiationibus, non foret clandestinum in ordine ad poenas incurrendas, ut existimat Dicastillo, & Alii cum ipso. Sed cùm opposita sententia, de qua alibi egimus, compluribus placet, hinc d. lex 49. Tauri, adhuc in Castella sèpius potest habere locum; nisi forte ibi confuetudine sententia Dicastillonis sit ab omnibus recepta, de qua confuetudine mihi non constat. Et hactenus quidem de poenis contrahentium clandestinè. Sequitur agendum de poena Parochi vel alterius Sacerdotis, assistentis Matrimonio clandestinò, quæ talis est:

Quod etiam videatur colligi ex his verbis ejusdem cap. §. Cum nihil sit, in fine: Cum autem apparuerit probabilis conjectura contra copulam contractam, contradictio interdicatur expressè, donec quid fieri debet super ea, manifestè conjecturæ documenta.

Ergo quando §. Sane, imponit poena triennalis suspenzionis ab officio Sacelli parochiali, qui tales conjunctiones probare contempnerit, aut illis interelle preserbit, quidni per tales conjunctiones diligenter debant conjunctiones, potius que ruerit probabilis conjectura instrumentum.

Respondeo: quia §. Si quis eam usq. 123 modi clandestina vel interdicta conjugem filiam presumperit &c. puniunt poenam legitationis, non solum Matrimonium interficiunt, potius quam oppositum fuit legitimum impedimentum, sed etiam Matrimonium clandestinè contracta, scilicet non præmissa denuntiatione, tametsi nullum fuerit oppositum impedimentum.

Hinc Gloss. verb. Clandestina: Solita non præmissa denuntiatione. Et verb. Interdicta: Post causam probabilem allegamus, sic finitam. Ergo per ly, Tales conjunctiones, §. Sane, non solum intelligenda sunt conjunctiones post allegatum impedimentum, sed etiam conjunctiones clandestinæ, scilicet omili-

CONCLUSIO IV.

Parochus, vel quicunque alius se cordos regularis vel facultatis qui Matrimonii, non praemissa denuntiatione interfuerit, per triennium suspendendus est officio. Uti etiam Parochus, qui, et si non interfuerit, faciem talia Matrimonia non prohibuerit.

Hæc Conclusio habet cap. de clandestinitate, despont. ibi: San. chialis Sacerdos, tales conjunctiones probare contempnerit, aut quilibet etiam, qui eis præsumperit interesse, per omnia officia suspendatur, gravissima pena, bona qualitas postulaverit. Ubi Goff. vel Tali, inquit, scilicet post allegatum impedimentum.

Ex quo aliquis posse arguitur: Ergo Parochus, qui ante regulem impeditum, non prohibet Matrimonium clandestinæ, vel interdictum, non secundum hanc poenam, & similiter, qui illud Matrimonio clandestinæ aut interdicti, secundum opponatur legitimum impedimentum.

Quod etiam videatur colligi ex his verbis

eiusdem cap. §. Cum nihil sit, in fine: Cum

autem apparuerit probabilis conjectura contra

copulam contractam, contradictio interdic-

tur expressè, donec quid fieri debet super ea,

manifestè conjecturæ documenta.

Ergo quando §. Sane, imponit poena

triennalis suspenzionis ab officio Sacelli

parochiali, qui tales conjunctiones probare

contempnerit, aut illis interelle preser-

bit, quidni per tales conjunctiones diligenter

debeat conjunctiones, potius que ruerit

probabilis conjectura instrumentum.

Respondeo: quia §. Si quis eam usq. 123

modi clandestina vel interdicta conjugem filiam

presumperit &c. puniunt poenam legi-

tionis, non solum Matrimonium inter-

dictum, potius quam oppositum fuit legiti-

mum impedimentum, sed etiam Matrimonium

clandestinè contracta, scilicet non præmissa

denuntiatione, tametsi nullum fuerit oppo-

situm impedimentum.

Hinc Gloss. verb. Clandestina: Solita

non præmissa denuntiatione. Et verb. Inter-

dicta: Post causam probabilem allegamus, sic

finitam. Ergo per ly, Tales conjunctiones, §.

Sane, non solum intelligenda sunt conjunctiones

post allegatum impedimentum, sed etiam

conjunctiones clandestinæ, scilicet omili-